

R. P. D. THOMÆ

DELBENE,

CLERICI REGVLARIS,

S. THEOLOGIÆ PROFESSORIS,

Examinatoris, S. Rom. Vniuersalis Inquisitionis

Qualificatoris, aliarúmque SS. Congreg.

in Vrbe Consultoris;

DE OFFICIO

S. INQVIVISIONIS

CIRCA HÆRESIM:


*Cum Bullis, tam veteribus, quàm recentioribus, ad eandem materiam,
seu ad idem Officium spectantibus, Joan.º Bañez*

PARS POSTERIOR

SYNOPSIS MATERIARVM, ET INDICE RERVM

notabilium in hoc Volumine contentarum illustrata.

NUNC PRIMUM IN LVCEM PRODIT



LYGDVNI,
Sumptibus IOANNIS-ANTONII HVGRETAN.

M. DC. LXVI.

CVM APPROBATIONE ET PERMISSA





ILLVS^{SSIMO}, ET EXCEL^{SSIMO}
PRINCIPI,
MARIO CHISIO,
S. R. ECCLESIAE
GENERALI.
THOM. DELBENE,
CLERICVS REGVLARIS,
F. P.




*VSVS non ita pridem quadam mediocris ingenij
mei, de Moribus, Christianisque Officiis, monumenta
ad Alexandri Sanctissimi Pontificis, tui (PRIN-
CEPS EXCELLENTISSIME) ger-
mani Fratris pedes deferre: aliaque subinde non ab-
similis argumenti Flauio Cardinali Chisio, aequè Ale-
xandrum Patrum, & Te Patrem insigni virtute*

*promerito nuncupare: Tibi ut hanc etiam Moralium Disputationum
partem addicerem, non modo non suaderi me, verum etiam propelli im-
petu, ac vi quadam sensi. Enim verò qui singularem adeò humanitatem
ab ea Maximi, Augustique Fratris Maestate, atque à proxima sum-
ma Infula Purpura, nempe Filio expertus sum; eandem ipsam polliceri
à Te mihi, atque à tuo patrocinio posse, facile intellexi. Insuper nimirum
CHISII immixta animi magnitudini natura facilitas, quae magna
fortuna, praestantisque dignitatis lucem ita temperat, ut quantum aduen-
tes absterret amplitudo, ac splendor; tantumdem alliciat comitas. Planè
ut nemo non videat Tesserarios CHISIORVM Montes à Gentis
indole leniter accliuēs, accessuque faciles: ac Quercus ipsas, abiecta
asperitate profusus omni, abiisse in aurum; ac mores representare tanti*



R. P. D. THOMÆ
 DELBENE,
 TRACTATUS
 DE IIS QUÆ AD HÆRESIM
 & Sanctæ Inquisitionis Officium
 pertinent.



DVBITATIO CXCIV.

An, & qui in crimine hæresis sint Iudices,
 & qua ratione possint in illo
 procedere.

SECTIO PRIMA.

Supposita.

SUMMARIUM.

- 1 Iudices in causa fidei sunt Summus Pontifex, Episcopus, Capitulum Sede vacante, Inquisitor, & Delegati ab ipso, & præter hos nulli alij.
- 2 Summus Pontifex est iudex omnium supremus, idque est de fide, ita ut ab ipso omnia aliorum iurisdicção spirituales dependeat.
- 3 Legatus à latere licet possit in dicto crimine procedere de iure; Nihilominus non potest sine speciali Summi Pontificis, vel supremi Tribunalis Sanctæ Inquisitionis commissione procedere de consuetudine.
- 4 Iudex præcipuus in dicto crimine est Delegatus à Pontifice, qui nomen Inquisitoris retinet, & cognoscere potest non solum de causa hæresis, sed etiam de omnibus conuictis, dependentibus, & incidentibus illius, quia concessa iurisdicção, & cognoscitio causa principalis, conceduntur etiam emergentia, incidentia, annexa, & dependentia ab illa.
- 5 Episcopus in crimine hæresis est iudex competens, & Summus Pontifex, de qua nulla est difficultas.
- 6 Episcopus negligens super expurgando de sua Diocesi hæretico prauitate fermento, Episcopali munere primari debet, & loco ipsius aliter idoneum substitui.
- 7 Episcoporum alim solum erat requirere in hæreticos.

Tem. II.

- inquirebant in non exemptos tanquam iudices ordinarij, & in exemptos tanquam à Summo Pontifice delegati.
- 8 Episcopus quauis in causa hæresis sit de iure omnium iudex competens, debet tamen in facere cum consilio Capituli.
- 9 Episcopus inquirendo contra hæreticos, seruari debet modum, quem seruat Inquisitor.
- 10 Capitulum Sede vacante in crimine hæresis est etiam iudex competens.
- 11 Capitulum sede vacante in crimine hæresis potest alteri delegare causas, quas cognoscere potest ut iudex competens in dicto crimine.
- 12 Iudex etiam competens in dicto crimine est quilibet alius supra relatus.



Suppono primo, quod in crimine hæresis, seu in causis fidei iudices constituti soleant Summus Pontifex, Episcopus, Capitulum Sede vacante, Inquisitor, & Delegati ab ipso, & præter hos nulli alij.

Suppono secundo, quod Summus Pontifex (idque de fide) sit iudex omnium supremus, ita ut ab ipso omnia aliorum iurisdicção spirituales dependeat.

Suppono tertio, quod legatus à latere, licet possit in dicto crimine (eum vices Summi Pontificis pleuillime gerat) procedere de iure. Nihilominus non potest sine speciali Summi Pontificis, vel supremi Tribunalis Sanctæ Inquisitionis commissione procedere de consuetudine, Docet quos citat, & sequitur Farinac. q. 186. num. 4.

Suppono quarto, quod præcipuus iudex in dicto crimine sit Delegatus à Pontifice, qui nomen Inquisitoris retinet, iuxta Textum in Clement. 1. §. Propriet, de hæretic. ibi: Tam per Diocesanos Episcopos, quam per Inquisitores, &c. Qui inquisitor cognoscere potest, non solum de causa hæresis, sed etiam de omnibus conuictis, dependentibus & incidentibus illius, Eymet. 1. par. director. num. 37. & ibi Peña comment. 10. vers. In prædictis omnibus, Decian. 11. de crim. lib. 1. cap. 22. n. 12. & alij passim, quos refert, & sequitur Farinac. de hæres. q. 186.